

137

quae enim deficiunt fixae sunt. ut. **fas**. dictione **tabo**.

**F**. Quo modo declinantur participia.

**S**. Ad similitudinem nominum in. **ENS**. Desinentiam uel in. **US**. mobilium

**F**. Tempora participiorum quodlibet currunt

**S**. Participia coniuncta. habent sicut uerba infinitiua. id est praesentis temporis. & praeteriti imperfecti. Item praeteriti perfecti & plusquam perfecti. pariter. Ut legens. scribo & legens. scribebam. lectus fuit lectus fuerat.

**F**. An ex omni significatione uerborum omnia tempora inueniuntur in participiis.

**S**. Nequaquam namcum quinque sunt uerborum significationes actiua. neutra. passiuae communia. Deponentiua participia ab actiuis quidem. & neutris praesentis temporis. inueniuntur & futuri. Ut amans. amaturus stans. staturus. Sed praesentis participium. & substantiuum. uerbum. **Suo**. praeteritum perfectum proferimus. Ut amans. fuit.